

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Abusio d
cum fonte primo

Duodecim sunt abusiones claustris
quibus tota religionis summa corrumpitur,
scilicet prelatus negligens,
discipulus inobediens, iuuensis ociosus,
senex obstinatus, monachus curialis,
religiosus causidicus, habitus pretiosus,
cibus exquisitus, rumor in claustro,
lis in capitulo, dissolutio in choro,
irreuerentia iuxta altare.

Hugo libro II. de claustro anime.

Duodecim autem sunt abusiones claustris,
quibus tota religionis summa turbatur,
id est, praelatus negligens,
discipulus inobediens, juvenis otiosus,
senex obstinatus, monachus curialis,
monachus causidicus, habitus pretiosus,
cibus exquisitus, rumor in claustro,
lis in capitulo, dissolutio in choro,
irreuerentia juxta altare.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 2.11 (PL 176, col.1058C).